



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 32. Genlisius relicto Calvinistarum studio secedens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

sum Feguerium exploratis de iis astu Sæcul. XVI.
nocturno invadendis consilium cepit. A.C. 1562.

§. XXXII.

*Genius relictis Calvinistarum vexillis
aufugiens.*

Attamen dum alii alios expectant, fu- Thuan. 1. c.
perveniente aurora cuncta Calvini-
starum molimina evanere, biduo au-
tem post rursus repetitum est idem con-
siliū, quod tamen haud manifesta-
tum est Genlio præcipuo Protestantium
exercitus Belliduci Ivodii Genlii Fratri,
qui Bituricensē urbem, cum a Rege
caperetur, propugnabat. Hujus Belli-
ducis fides jam tum Calvinistis erat su-
specta, eoquod honorificentius de Duce
Guiso, sub quo olim militaverat, loquere-
tur, pacisque conditiones a Regina pro-
positas æquas diceret, & cum Damvilla,
qui Connestabili Montmorentio præ ce-
teris quatuor filiis suis charissimus erat,
diutius familiari colloquio sese deti-
nuisset: itaque duntaxat in Senatu de-
cretum, ut tunc primum, cum per mon-
tem rubrum Genlio pro hospitio assigna-
tum iter faciendum esset, atque hora
rei exequendæ advenisset, illum non
ante monitum assumerent, ne ei tempus
rei evulgandæ daretur: verum acci-
dit, ut, dum deliberatur, ipse Condæus
Princeps non ea, qua pollicitus erat,
cir-

Sæcul. XVI. circumspeditione arcanum tegeret, ac
A.C. 1562. proin Genlius consilium de Parisiis
 suburbiis, ejusque aggeribus vi superandis in-
 itum, seque neglecto, quamvis ex præcipuis exercitus Belliduci-
 bus esset, hæc conclusa fuisse comperiret, ipse tamen suam indignationem
 dextre dissimulabat, quinimo eandem
 vultus hilaritatem, qua alias ejus con-
 sortium omnibus percarum erat, præ-
 ferens respondit, quod se, suosque ad
 hanc expeditionem paraturus ad ho-
 spitium suum concedere vellet: nec
 verbis opus defuit; quippe ad suam
 Montis - rubri stationem pertingens, mox
 sumptis armis, & supellectile argen-
 tea, sarcinisque collectis cum Avaretto
 Tribuno suo Calvinistarum sectæ addi-
 ctissimo equum magis generosum con-
 scendit, & Regiam stationem præter-
 vectus, quicquid sibi consilii esset, Ava-
 reto aperit, exponens, quod salvo ho-
 nore suo haud amplius Viris, quibus
 suspectus esset, sua obsequia impendere
 posset, ac proin Regni Administrati-
 cem supplex adire decrevisset, quate-
 nus obtenta illius venia ad quamdam
 suam villam in Picardia sitam secedere,
 ibique tranquillitate majori frui posset.
 Ad hæc obstupuit Avaretus, ac nullum
 non movit lapidem, ut Genlium ab hoc
 proposito dimoveret; verum incassum
 omnia:

omnia: quapropter mox ad Condæum Sæcul. XVI.
 Principem contendit, qui discessu Gen- A. C. 1562.
 lii cognito veritus, ne hic rem apud
 hostes evulgaret, dimisso suburbia ag-
 grediendi consilio in Normanniam ir-
 rumpere decrevit: ibidem enim tam
 militum, quam pecuniarum suppetias
 pro solvendis exercitus sui stipendiis
 præstolabatur: interea Genlius cum ad
 Regiam exercitus stationem advenisset,
 Luparam conduci petiit, ubi licet cum
 Regina collocutus esset, arcanum tamen
 eidem non aperuit, & quamvis Regina
 amplissima pollicitatione illum ad Re-
 gis studia pertrahere niteretur, ipse ta-
 men a sententia, qua militiam exuere
 decreverat, dimoveri non potuit, atque
 altera die ad arcem suam, a qua no-
 men mutuabat, secessit, unice conten-
 tus, ut sibi Regio diplomate cautum
 esset, quod ibidem libere Calvinistarum
 sectam profiteri posset. Eodem tempo-
 re ad Regis exercitum advenerant Vas-
 corum, & Hispanorum copiæ, quas du-
 ctore Lansaco Montpenserius Dux re-
 miserat, eoquod post Veriense prælium
 illarum opera in Aquitania haud am-
 plius utilis esset: Condæus autem
 Princeps die decima Decembris castra
 movebat.

§. XXXIII.